

an us Rom.
2: 589

Comm. Juris 458.^a

PLANTORUM

HERBARIUM

HERBARIUM

HERBARIUM

HERBARIUM

HERBARIUM

PRAECOGNITA
IVRIS
PANDECTARVM
HODIERNI
SIVE
IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE CIVILIS
PER GERMANIAM COMMVNIS



AVCTORE

GOTTLIEB HVFELAND

PHIL. ET I. V. D. IVRIS FEVD. P. P. O. ET FACVLT. IVR. AT-
QVE SCABINATVS ASSESS. EXTRAORD.

IENAE
IN BIBLIPOLO ACADEMICO
c1515cclxxxv.

1576

PRAGMATA

IVRIS

PANDECTARVM

HODIERNI

AVT

IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE CIVILIS

PER GERMANIAM COMMVNIS

AVCTORE



GOTTLIEB HAFELAND

PHIL. ET IUR. M. IVRIS PRAED. P. B. O. ET PRACT. IVR. AB-
SOLVIT. SCABINVS ACESS. EXTRAORD.

LENAE

IN BIBLIOPOL. ACADEMICO

CL. MDCCLXXXV

P R A E F A T I O.

Iam ante aliquot annos operam meam qualemcunque ad Ius Digestorum s. Pandectarum, uti dicunt, praelectionibus academicis illustrandum conferre constitueram, ita tamen ut doctrinas hoc ambitu complectendas non ordine illo satis inconcinno, quem vulgo sequuntur, h. e. eo quem a Digestorum libris ac titulis suspendunt, traderem, sed ratione ac via, quam ipsa argumentorum series commonstrat, h. e. methodo, quam vocant, systematica, coordinarem. Hoc proposito occupato citius quam putaram rationes academicae me oppresserunt, coegeruntque me operi dudum parato, sed, ut opinabar, aliquantulum differendo celerius manus admoveere. Iam non sufficebat tempus ad finiendum systema quod mihi proposueram, nec satis tamen placebat ullus librorum, quibus idem opus tentatum videbam; praesertim quod juris pe-

*

re-

regrini et germanici sive potius juris communis et particularis cinnum, in plerisque factum, nec justae disciplinae istius notioni, nec verae principiorum juris communis et germanici tum e fontibus cuique propriis derivandorum, tum pro utilitate utrimque haurienda, valde tamen inter se discrepante, apte tractandorum (utpote in hoc utroque jure multum diversae) rationi respondere mihi persuaseram. Sed de his rebus, quae magnum sane in omni juris studio momentum faciunt, alius erit fufius dicendi locus.

Cum igitur artis formam, quam animo comprehenderam, in nullo, quem quidem praelectionibus scriptum esse meminifsem, libro expressam viderem, nec mihi tamen nunc otium daretur, ut id, quod dudum cogitalsem, scribendi opera persequerer; latius duxi, donec id, quod vellem, exsequi liceret, in b. *Hellfeldii* libro notissimo nunc quidem subsistere, idque praelectionibus proxime habendis adhibere. Sed cum in isto libro statim ab initio plura defint, quae aditum ad universam jurisprudentiam tiro-

ni-

nibus faciant, necesse sit; cum praecipue materia hisce praelectionibus tractanda accuratius definienda, et rudis illa rerum variarum, imo a positivis jurium disciplinis alienarum, et quasi indigesta moles, quae quatuor primis libri Hellfeldiani titulis offertur, rectius disponenda esset; quosdam quasi locos in vestibulo hujus disciplinae cognoscendos, quorum Hellfeldius vel nullo loco vel incongruo mentionem fecerat, hisce plagulis complecti conatus sum, ut scilicet ea certe, quae primo loco docenda essent et quae facile separari a ceteris possent, (nam reliqua praeter quatuor priores titulos per totum librum dispersa, licet ad praecognita juris quocummodo pertinentia, hic amplecti minime volui) melius adornata acciperent auditores. Iam spero fore ut, quae, quibus de causis tenuem hunc libellum subito conscriptum et quasi de manibus mihi excussum ediderim, exposui, lectorum veniam et indulgentiam mihi sint conciliatura. Quam quidem mihi summopere expectendam esse minime ignoro; atque eandem eo magis me impetraturum confido, si mi-

hi contigerit, aequis iudiciis diligentiam probare, qua in hac festinatione mihi imposita quibusdam doctrinae partibus novam quandam lucem etiam si non attulisse (quod arrogantis esset), sed afferre tamen voluisse (quod est hominis ingenui) libere profiteor. Ad quas potissimum refero *definitionem jurisprudentiae civilis et distributionem omnis jurisprudentiae* §. 1., *fines harum ipsarum praelectionum* regundos §. 3., *duplicem privilegii notionem et independentem expositionem* sedulo separatam §. 28. et §. 84. sqq., *consuetudinis introductivae et correctivae theoriam* plane a se invicem sejunctam et quasi novo modo deductam §. 33-36., ut et quae hinc inde de fontibus juris communis sedulo secernendis protuli. Quae tantum abest ut ambitionis causa enumeraverim, ut potius nihil aliud quaesiverim, quam ut temporis exigui mihi ad conscribendum hunc libellum dati excusatione me haud impudenter abusum esse lectoribus persuaderem. Scripsi in acad. Ienenfi d. 1 Junii MDCCXCV.

 Sectio

Sectio prima.

Praecognita circa disciplinam juris civilis communis hodierni generalia.

I. De Notione jurisprudentiae civilis communis hodiernae.

§. 1.

1) *Jurisprudentia civilis.*

Jurisprudentia civilis positiva est disciplina jurium perfectorum positivorum et obligationum ad illa relatarum, quae subditis qua civibus privatis competunt.

1. Quid sit *subditus*, quid *civis*, quid *privatus*, ex *jure publico universalis* notum esse hic praesuppono (vid. *meine Lehrsätze des Naturrechts* (2te Aufl. Jena 1795.) §. 346. 446 et 458.) In eadem *juris naturae* disciplina etiam vera *juris* et *obligationis* notio definitur (cf. ib. §. 19. 23 et 25.)
2. *Jurisprudentiae positivae* notio cum in aliis praelectionibus, quae expositioni juris pandectarum in studio juris praemittenda sunt, explicetur, eandem hic denuo evolvere necessarium non duco (cf. e. g. HEINECCII *elementa jur. civ. secundum ord. institut.* ex ed. HÖPFNERI §. 23^a et 31.)
3. Omnis jurisprudentiae positivae partium, si singularum disciplinarum *materiam* spectes, haec videtur distributio proxime ad *veritatem* et *naturam* accedere.

A

Tradit

Tradit nempe jura et officia,

1) quae non stricte a nexu civitatis pendent nec simpliciter imperium civile et subditos ejusdem supponunt. His enim secundum jurisprudentiae nostrae conditionem hodiernam annumeranda sunt:

a) jura ecclesiae et membrorum ejusdem — *jus ecclesiasticum*.

b) jura ex nexu feudali promanantia (quae quidem tum inter solos subditos, tum inter imperantes et subditos, tum inter plures imperantes intercedere satis notum est) — *jus feudale*.

2) jura, quae civitatis rationes praesupponunt; Complectuntur ista:

a) jura inter plures civitates intercedentia — *jus gentium*.

b) jura, quae unam eandemque civitatem attingunt — *jus civitatis* (civile) sensu latissimo appellatum.

Hoc vero docet:

α) jura et obligationes imperantium civitatis cujusdam quae talium — *jus publicum*.

β) jura subditorum qua privatorum — *jus privatum* sensu lato acceptum; et hic quidem iterum distinguenda sunt:

⌘) jura erga subditos, qui jura civium delicto perdiderunt — *jus criminale*.

⌘) jura privatorum, qui cives sunt — *jus civile* stricte sumtum; quod quidem denuo dispescitur

a) in

- a) in jura privatorum proprie non ex civitatis constitutione illis competentia — *jus civile* s. *privatum* sensu strictissimo sic nominatum.
- b) in illa jura, quae non nisi civitate fundata illis tribui possunt — *jus regiminis publici* (*Regierungsrecht*) forsan dicendum.
- 4.) Interdum *jus privatum* nominatur *publicum*, praecipue quoniam ab imperato constitutum est; e. gr. L. 58. D. de pactis.

§. 2.

2) *Jurisprudentia communis.*

Jurisprudentia in Germania communis est complexus omnium de juribus et obligationibus perfectis doctrinarum, quae in Germania tota semper applicandae sunt, nisi in parte quadam imperii leges diversae (*particulares*) valeant.

§. 3.

Si *pandectarum juris* nomen disciplinae cui-dam etiam nunc ad usum fori transferendae adoptare velis, nil aliud sub eodem hodie intelligendum puto, nisi omnem jurisprudentiae civilis (§. 2.) communis (§. 3.) hodiernae ambitum.

II. De fontibus jurisprudentiae civilis communis hodiernae.

§. 4.

1) *Fontes peregrini.*

Fontes jurisprudentiae civilis communis hodiernae vel sunt *peregrini* vel *domestici*.

1. Quomodo differant ista duo fontium genera, vide *mein Lehrbuch der Rechtsgeschichte* §. 18.
2. Jus naturae vim juris communis interdum habere potest. cf. *meine Lehrsätze des NR.* §. 54 et 55² sq.
3. Nulla lex sola vetustate suam auctoritatem perdit.

§. 5.

a) Praecepta generalia circa eosdem.

Omne jus peregrinum *receptum* est; et quidem non nisi in *subsidium*. Minime ergo *applicatione* ejusdem locus dandus est iis in casibus, ubi 1) objectum, de quo jura peregrina aliquid disponunt, in terris nostris omnino caret, vel 2) ab objectis similibus apud nos obvenientibus plane differt, vel etiam 3) ubi juris domestici, quod in observantia est, sententiae juri peregrino adversantur.

LIPENII

LIPENII bibl. jur. voc.: *Jus civile, usus et auctoritas. Jus civile an germanicum sit praefendum.*

SCHOTT et SENKENBERG supplementa ibid.

Adolph Dietr. WEBER *Reflexionen zur Beförderung einer richtigen Theorie vom heut. Gebrauch des röm. Rechts.* Schwevin, Wismar und Büzow. 1782. 8.

1. De receptione juris scitu necessaria in historia jurisprudentiae monetur (cf. *mein Lehrbuch der Rechtsgesch.* §. 22.)
2. Quicumque juris peregrini communis praeceptis nititur, valorem illius probare non cogitur.

§. 6.

Jurium peregrinorum duo sunt corpora, quae, ut juris civilis communis fontes, hic nominari possunt: *corpus scilicet juris civilis et corpus juris canonici.*

1. Sine dubio etiam *jus mosaicum Hebraeorum* quodammodo receptum dici potest; sed cum 1) illud pro *jure divino universali* haberi non possit (quod an omnino sit aut fuerit, magna quaestio est), 2) ejusque leges, quae etiamnum observantur, non ad *jus civile* commune spectent; non est, quod hoc loco ejus rationem habeamus. Nam quaecunque ejus juris capita ad *jus ecclesiasticum commune* pertinent, ea in praelectionibus *juris canonici*, quod vocant, illustranda sunt; quae autem *juva inter judaeos* hodierna attingunt, ista in *jure germanico privato* tractantur.

2. Restant adhuc e fontibus juris communis peregrinilibri *feudorum longobardici*; sed eosdem, cum

non

non nisi ad jus feudale commune spectent, inter fontes juris civilis communis non esse enumerandos cenfeo.

§. 7.

Juris justiniani aequae ac *canonici*, ut juris germanici communis, receptio hodie nititur disertis legum imperii praeceptis.

Conc. Ord. Cam. tit. 19. pr. et 71. Rec. Imp. nov. §. 105. Ord. juā. imp. aul. tit. 1. §. 15. tit. 7. §. 24.

Nec pro vera juris communis indole alias aut quaerere aut fingere causas licet, ex quibus horum jurium auctoritas per Germaniam constituta derivetur.

§. 7.

b) specialia.

a) circa jus romanum.

Valor *juris romani* subsidiarius ad *juris Justiniani* corpus universum pertinet, hactenus tamen, ne ad illud corpus aliae partes referantur quam quas *glossa* agnovit h. e. ut praeter *Pandectas*, *Institutiones*, *Codicem* repetitae praelectionis cum *Authenticis* et *Novellis glossatas* reliqua corpori juris nonnunquam adjecta sejungantur.

1. Minime ergo *Novellis Leonis* et ceteris *Constitutionibus* imperatoriis, quae *Justinianeis* in consuetis corpor-

corporis juris civilis editionibus adjectae sunt, vis legum tribuenda est. *Casp. Achat. Beck comm. de Novellis Leonis earumque usu et auctoritate, cura ZEPERNICK. Lips. 1779. 8.*

2. Similiter carent sanctione legali 1) *leges in Pandectis et Codice a recentioribus restitutae*, 2) *Novellae Justiniani non glossatae*, 3) *textus Novellarum graecus vel versiones recentiores*, 4) *Edicta Justiniani.* *Zepernick ad Beck pag. 525 lqq.*

§. 9.

β) *circa jus canonicum.*

Juris canonici auctoritas legalis eodem modo, quo omne jus peregrinum, non nisi *subsidiaria* et per constitutionis germanicae universalis et particularis formulam restricta est (§. 5.). Notandum tamen est, in terris protestantium saepe praecepta religionis et constitutionis ecclesiasticae evangelicorum, in terris vero catholicorum subinde concilii tridentini sententias et formulas ecclesiae catholicae germanicae ei derogare.

Lipenius et suppl. voc.: jus canonicum; usus et auctoritas.

Glück praecognita jurisprudentiae ecclesiasticae. (Hal. 1786.) §. 56.

§. 10.

2) *Fontes jurium domestici.*

Jura domestica communia solummodo in *legibus imperii* quaerenda sunt, quas semper

valere censendum est, nisi objectum earundem plane evanuerit vel pristinae leges novis fuerint antiquatae.

§. 11.

Inter leges imperii, jus civile spectantes, principaliores sunt: Aurea Bulla de a. 1356, Paces publicae (*Landfrieden*) de a. 1495, 1521 et 1548, Ordinationes camerales (*Kammergerichtsordnung*) ab anno 1495. ad anno 1555, Ordinatio de notariis (*Notariatsordnung*) de a. 1512., Capitulationes caesareae a Carolo V. inde, Ordinationes monetales et probatoriae (*Münzordnungen und Münzprobierordnungen*) a. 1521, 1559. etc., ut et edicta monetalia (*Münzedicte*) ab a. 1676, 1680. etc., Ordinationes politiae (*Reichspolizeyordnungen*) a. 1530, 1548 et 1577, Constitutio criminalis Carolina (*Halsgerichtsordnung*) de a. 1532, *Transactio passaviensis* 1552, *Pax religiosa* (*Religionsfrieden*) 1555, *Ordinatio executionis* 1555, *Instrumentum Pacis Osnabrugensis et Monasteriensis* 1648, *Recessus executionis* de a. 1649 et 1650, complures *Recessus imperii* (*Reichsabschiede*), inter quos maxime memorabilis est novissimus ab a. 1654, et ab anno 1663 inde multa *imperii Conclusa* (*Reichsschlüsse*).

Quodammodo legibus imperii jus commune constituentibus annumerandae sunt: ordinationes *Confilii*

fili

fili imperialis aulici ab a. 1559 ad a. 1654, Conceptum ordinationis cameralis de a. 1613 et novissimum de a. 1772.

III. Notitia librorum quae de jure civili communi exponunt.

§. 12.

Omnem vel maximum juris communis ambitum pertractatum vel etiam plura ejusdem capita tractata et dilucidata, invenies: 1) in commentatoribus corporum juris, five singularum ejus partium, Digestorum scilicet ¹⁾, Institutionum ²⁾, Codicis ³⁾, et Novellarum ⁴⁾, ut et corporis juris canonici ⁵⁾, 2) in tractationibus juris communis systematicis tum prolixioribus tum compendiariis, vel secundum ordinem titularum in legum codicibus ⁶⁾ vel secundum alium ordinem ⁷⁾ adornatis, 3) in variis observationum, decisionum, responforum, consiliorum etc. collectionibus tum unius auctoris ⁸⁾, tum plurium ⁹⁾, praecipue in controversiarum juris perpensionibus ¹⁰⁾, ne singularum de singulis juris materiis tractationum hic mentionem faciam.

De editionibus corporum juris civilis, et canonici, ut et legum imperii conf. *historiae jurium* tractationes;

de omni juris historia literaria cf. *mein Lehrbuch der Rechtsgeschichte* §. 2.

1) vid. *Lipen.* et supplem. voc.: *Jus civile, Digesta, Commentatores.*

Notatu dignissimi sunt:

CUJACII Paratitla s. recitatt. ad divers. Digestorum titulos in ejusdem O. O. Par. 1658. f. — Studio **Liborii Rani.** X Tomi; cum *Leon. de Turris* indice. Neap. 1722. sq. XI Volumina f.

Guil. BUDAEI Annotationes priores et posteriores in Pandectas. Lutet. 1558. 1556. f. Lugd. 1541. 1546. 1563. 8.

J. BRUNNEMANN Commentat. in quinquaginta libros Dig. Frf. 1670. 1674. 1683. f. ex recensione *Sam. Stryck.* Viteb. 1701. 1714. et 1731. f. Lugd. 1714. f.

Ant. FABRI Rationalia in Pandectas. T. I. Gervasii 1605. T. II. Genev. 1619. T. III. et IV. Coloniae Allobr. 1624. T. V. Aureliae 1616. f. — cum fragmentis in titulos nonnullos quartae et quintae partis Rationalium. Lugd. 1663. V Tom. f. —

Ant. MORNACHI obff. ad 24 priores Libros Dig. — — Paris 1651. 1654. II T. f. — Synopsis ad 26 Libros posteriores. Paris 1660. f. — et in O. O. Paris 1721. IV Tom. f.

Cypriani REGNER ab OOSTERGA censura belgica s. novae notae et animadversiones in priores XXV Libros Digestorum moribus praecipue Belgii confirmatae. Ultraj. 1661. 4.

— — Disputationes ad XXV. priores Libros Pandectarum, ibid. 1669. 4.

2) vid.

2) vid. Lipen. voc.: *Jus civile, Institutiones, commentatores.*

Franc. BROEII Expositiones in libros IV. Institutionum. Paris 1622. 4.

Jani a COSTA Comm. ad Institutiones. Paris. 1659.

4. c. not. Theod. Marcilii et Marc. Ant. Mureti, cur.

Jo. van de Water Traject. 1714. 4. stud. Jo. Conr.

Ruckeri. L. B. 1744. 4.

Avn. VINNII in quatuor libros Institutionum Commentar. Amstelod. 1655. 1664. 1665. Norib. 1676.

1726. Cur. Jo. Schultingii. L. B. 1709. Antw.

1718. cum praef. et animadv. Jo. Gottl. Heineccii.

L. B. 1726. 1747. 4.

Ever. OTTONIS ad Justiniani Institutionum libros IV

notae criticae et commentarius. Traject. ad Rhen.

1729. et cum praef. Christ. Frid. Harprehti. Frf.

1745. Cur. Jo. Rud. Iselini. Basil. 1760. 4.

3) vid. Lipen. voc. *Jus civile, Codex Justinianus; Commentatores.*

Jo. BRUNNEMANNI Comm. in Cod. Lips. 1663. 4.

1669. 1678. 1688. Lugd. 1669. Frf. 1672. 1692.

cur. Sam. Stryckii. Lips. 1699. 1708. 1712. 1715.

1717. f. Colon. 1754. Gen. 1771. II Tom.

Jac. CUIACII Paratitla in IX libros priores Codicis.

— Recitationes ad varios titul. Cod. — in Collect.

Operum, cum Fabrotiana, tum Neapolitana.

4) vid. Lipen. voc.: *Jus civile, Novellae Justiniani;*

Commentatores.

Jac. CUIACII Novellarum constitutionum Imperatoris

Justiniani expositio. Lugd. 1570. 1579. cum Ejusd.

paratitlis in libros novem Codicis. Paris. 1584. f.

cum Codice Theodosiano. ibid. 1600. f.

Conr.

- Conv.* RITTERSHUSII Novellarum Justiniani metho-
dica expositio. Argent. 1629. 1669. 4.
- 5) vid. *Lipen.* voc. *Canoncum Ius.*
Aug. BARBOSAE Collectanea Doctorum in jus Pon-
tificum. VI. T. Lugd. 1657. 1656. 1699. f.
- Eman.* GONZALEZ de TELLEZ Commentaria in
Decretales. Tomi V. Francof. 1690. Venet. 1696.
Lugd. 1715. f.
- 6) vid. *Lipen.* voc. *Jus civile, Commentatores et sy-
stematum scriptores* etc.
- a) Prolixiores Tractationes.
- Justi* MEIERI Argentoratense Collegium s. Pandectae
universi juris civilis. III T. Argent. 1616. 1617.
- cur.* Jo. OTTONIS TABORIS. ibid. 1657. 4.
- Geo.* FRANZKII Comm. in XXI libros priores ad Pan-
dectas. Arg. 1644. Frf. 1678. 4.
- J. J.* WISSENBACHII Exercit. ad L libros Pandecto-
rum. Frf. 1653. 1658-1681. Lips. 1673. Fra-
neq. 1658. 1661. 4.
- Ant.* PEREZ Comment. in XXV Lib. Digestor. Amst.
1669. 4.
- — — Comm. ad duodecim Libros Codicis
Justiniani. Amst. 1655. 1658. 1661. 1663. Ant-
werp. 1694. 4. II. Tomi. ibid. 1720. f. Colon.
1707. 4. Venetiis 1738. f.
- Henr.* HAHNII Observata Theoretico-Practica ad *Matth.*
Wesenbecii in libros Digestorum Comment. et
Bacchovii notas. P. II. Helmst. 1659. et 1668.
Colon. 1675. Frf. et Lips. 1706.
- Geo.* ADAM STRUVII Syntagma juris civilis. Jen. 1659.
1668. c. addition. *Pet. Mülleri.* III Tom. Norib.
1692-1701. Frf. et Lips. 1713. 4.

Jo.

- Jo. SCHILTERI** Exercitationes ad L libros Digestorum. Jen. 1675-1684. 8. — sub tit.: Praxis juris romani in foro Germanico. ibid. 1698. f. ed. *G. Schubart* c. praef. *Thomafii*. Edit. III. Frf. et Lips. 1713. 1733. f.
- Ulr. HUBERI** praelectiones Jur. civ. sec. institut. et digesta. T. III. Franeq. 1686. 1699. ex edit. *Chr. Thomafii*. Lips. 1703. c. not. *Lud. Menckenii*, *G. A. Schuberthi* et *Geo. Chr. Gebaueri*. Lips. 1725. ex recensione *Andr. Flor. Rivini*. ib. 1735. Frf. et Lips. 1749. 4.
- Wolfg. Adami LAUTERBACHII** Collegium theoretico-practicum. Tomi III. Tub. 1696. 1706. 1714. 1726-1743. 4.
- Sam. STRYKII** Specimen Usus Moderni Pandectarum. Viteb. 1690-92. Hal. 1726-1730. Hal. 1735-38. Tomi IV — in *Ejus Operibus praestantioribus*. IV T. Hal. 1746. in *S. S. et I. S. S. OO.* XVI Tomi. Ulm. 1753. f.
- Jo. VOETII** Comm. ad Pandectas. Hagae 1697. L. B. 1698. 1704. 1716. 1723. f. Hag. 1731. 4. 1734. f. Gen. 1769. II Tomi. (Hal. 1776-1780. gr. 8. VI Tomi.)
- Ger. NOODTII** Comm. ad partem primam Digestorum. L. B. 1716. 4. — in *Collect. Oper. Ejus*. P. II. L. B. 1724. f.
- Aug. LEYSERI** meditatt. ad Pandectas. Lips. et Guelpherb. 1717. 1733-1748. XI Vol. — XII Vol. Giessae 1774. 1776. 1781. 4. (*Hall. Frankenthal* gr. 8.)
- Ad *Leyserum* pertinent:
- Hartleben* Meditatt. ad Pandectas, quibus *Leyseri* medit.

medit. refelluntur. Vol. I. P. I. Frf. 1779. P. II. Fasc. I. 1781. 4.

J. E. Just. Müller Observatt. pract. ad *Leyseri* Med. Fasc. I-V. Lips. 1786-1791. 8.

Nic. Hier. GUNDLINGII Digestorum Pars Prima. Hal. 1721. 1723. 8.

Just. H. BÖHMER exercitt. ad Pandectas, in quibus praecipua Digestorum capita explicantur; cura Filii *D. Ge. L. Böhmer*. Hannov. et Götting. 1745-1764. VI Tomi. 4.

Bernh. Aug. GAERTNER Meditationum practicarum ex jure communi et Hassiaco sec. Ord. Pandectarum. Sp. I-II. Marp. 1785. 8.

b) Compendia.

a) ad ordinem Institutionum.

Jo. Gottl. HEINECCII Elementa juris civilis secundum ordinem institutionum. Amst. 1725. et saepius — cum animadv. *Jo. Ge. Estoris*. Giessae 1727. — cum novis notis *Lud. Jul. Frid. Höpfneri*. Giessae 1774. Gött. 1778-1782. 1787. 8. — cura *J. C. Woltär*. Hal. 1785. 8. — ed. *Waldeck*. Gött. 1788. — ed. *Biener*. Lips. 1789. 8.

β) ad ordinem Pandectarum.

Jo. Ortow. WESTENBERG principia juris sec. ord. Pandectarum. Tüb. 1628. 8. saep. — in *Ejus Operibus*. Hannov. 1746. III Tom. 4.

Ulv. HÜBER positiones juris contractae secund. Inst. et Pandectas. Franek. 1682. c. not. *Thomas*. Lips. 1685. Amst. 1728. 8.

J. J. SCHÜTZII Compendium Juris Lauterbach. Frf. 1686. et saep. 1737. 8.

Oris,

- Corn. van Eck* principia juris secund. ord. Pandectarum. Ultraj. 1689. saep.
- Ge. BEYER* delineatio jur. civ. sec. institution. et Pandectas. Lips. 1692. saep. Edit. III. ibid. 1718.
- J. J. SCHÖPFER* Synopsis juris privati romani et forensis ad ductum Digestorum. Frf. a. O. 1702. 1715. 8. Ratisb. 1749. 4. c. not. *Heineccii*. 1760. 4.
- J. H. BÖHMER* introductio in jus Digestorum. Hal. 1704. saep. — novissime. 1791. 8.
- J. F. LUDOVICI* doctrina Pandectarum. Hal. 1709. saep. — novissime. 1769. 8.
- Lüder MENKEN* tractatio synoptica theoriae et praxeos Pandectarum opera *Gottfr. Lud. Menkenii*. Lips. 1715. — Systema juris civilis secundum Pandectas, ex *Lüd. Mencken*. tabulis synopticis — compositum, ad usus Imperii et Saxoniae accommodatum etc. edidit *Chr. Schönius*. Lips. 1754. 4.
- Jo. Gottl. HEINECCII* elem. jur. civ. sec. ord. Pandectarum. Amst. 1728. saep. II Partes. Frf. 1756. 8.
- Jo. Chrn. SCHAUMBURG* Camp. jur. Pandectarum cum jure Codicis et Novellarum, nec non jure Saxonico collatum. Jen. 1745. 8. saep. — 1758. 8.
- J. A. ab HELLFELD* jurisprud. forens. sec. Pand. ordin. proposita. Jenae 1764. f. saep. — cura *Oelze* 1787. nov. 1792. 8.
- e) *Commentarii in Compendia.*
- J. H. MÖLLENBECK* Thesaurus juris civilis s. Compendium Digestorum *Läuterbachianum* cum notis *Stryckii*, *Bergeri*, *Menkenii*, *Titii*, *Pagenstecheri*,

- Recheri, Kleinii, Wernheri, Ludovici et aliorum.*
Lemgo 1717. 4.
- Jul. Frid. HÖPFNER theoretisch-praktischer Com-
mentar über die Heineccischen Institutionen, mit
Tabellen.* Frf. 1783. 2te Aufl. 1787. 3te A.
1789. 4te A. 1793. 4.
- Mich. Gottfr. WERNHERI lectissimae commentatt.
in Pandect. praesertim in Böhmeri, Ludovici
et Heineccii Compendia.* Frf. et Lips. 1764.
ed. 2. ibid. 1779. I-II T. 8.
- D. Joh. Bernh. Christ. EICHMANN Erklärungen des
bürgerlichen Rechts nach Anleitung des Hellfeldi-
schen Lehrbuchs der Pandecten.* Berlin u. Stral-
sund 1779. 1789. 8. IV Th.
- J. A. BAURIEDEL theoretisch-praktischer Commen-
tar über die Pandecten nach dem Leitfaden des
Hellfeldischen Compendiums. 2 Thle.* Bayreuth.
1789. 8.
- C. F. GLÜCK Ausführliche Erläuterung der Pande-
cten nach Hellfeld; ein Commentar zum Gebrauch
für meine Zuhörer.* Erl. 1789. I Thl. 1791. II
Thl. 1792. III Thl. 1 Abthl. 8.
- 7) *Lipen.* ibid.
- Herm. VULTEJI L. II. Jurisprudentiae romanae.*
Marp. 1618. saep.
- Geo. Ad. STRUVII jurisprudentia romano-germa-
nica forensis.* Jen. 1670. saep. — c. not. *Jo. Gottfr.
Schaumburg.* Jen. 1737. 8. Frf. 1760.
- Jo. Henr BERGERI Oeconomia juris ad usum ho-
diernum accommodati.* Lips. 1712. saep. Edit.
sexta cur. *Jo. Aug. Bach.* ibid. 1755. 4. Edit.
VII. Stud. *Car. Godofr. Winkleri.* Lips. 1771. 4.
- Adam*

Adam WEISHAUP Jus civile privatum cum determinationibus juris Boici. Ingolst. 1771. 4. et Tom. II. ib. 1773. 8.

Car. Frid. DIETERICH systema elementare jurisprudentiae civilis privatae communis Imp. R. Germanici. Erford. 1772. 8.

Frid. Geo. Aug. LOBETHAN systema Elementare Jurisprudentiae privatae Romano Germ. forensis. Hal. 1778. 1779. III T. 8.

Dan. NETTELBLADT systema elementare jurisprudentiae positivae Germanorum communis generalis. Hal. 1783. 8.

Jos. Mar. SCHNEIDT Jurisprudentia forensis quam *J. A. Hellfeldus* secundum Pandectarum Pandectarum ordinem proposuit, nunc vero systematice disponit. Herbip. 1786. 1791. 8.

Jo. Thadd. MÜLLER systema Pandectarum ad fora Germaniae applicatum. VII P. Mannheim 1785. u. 86. 8.

Ludov. Godofr. MADHN principia juris Romani in usum praelectionum systematice disposita. VI P. Frf. ad V. 1786, 87. 1791. 8.

Car. Chrph. HOFACKER Principia juris civilis Romano-Germanici. Tubing. 1788. 1794. II T. 8.

Theod. KRETSCHMANN Principia juris Germanorum civilis privati hodierni. T. I. Jen. 1792. 8.

Chph. Chn. DABELOW System der heutigen Civilrechtsgelahrtheit. Hal. 1794. II Th. 8.

8) vid. *Lipen. voc.: Consilia, Consultationes, Decisiones, Quaestiones, Resposae etc.*

Joach. MYNSINGER a FRUNDECK Consiliorum decades VI. Basil. 1576. 1589. Centuriae II. Frf. 1601. 1619. f.

B

EJUSD.

EJUSD. Decifiones Camerales. Frf. 1664.

Andr. GAIL practicarum observationum, tam ad processum judicarium, praesertim imperialis Camerae, quam Caularum Decifiones pertinentium Libri II. Colon. 1580. f. 1586. 8. 1611. 1621. 1645. 1653. 1661. 1668. 1697. f.

Modestini PISTORIS Consiliorum sive responforum. Tomi II. Accedunt responfa partim a patre Ejus *Simone Piftore*, partim a *Ludov. Faschio* reddita, sed nondum edita. Lipf. 1587. 1588. II Tomi f. ibid. 1596. f.

EJUSD. Quaestiones. Lipf. 1599. 1612. 4.

Hartm. PISTORIS Lib. IV. quaestionum illustrium juris tum communis tum Saxonici. T. I. et II. P. I. et II. Lipf. 1596. T. III. et IV. Jen. 1609. 4. Lipf. 1613. 1621. Heidelberg 1617. f.

EJUSD. Observationes et quaestiones. Lib. I. Lipf. 1597. Lib. II. ibid. 1598. Lib. III. Jen. 1609. Lib. IV. ibid. 1609. 4. Conjunctim. Lipf. 1621. f.

Matth. COLERI Decifiones germanicae. P. I. et II. Lipf. 1603. 1606. 4. Pars I. cura *Jacobi Schultes*. Lipf. 1614. 1631. P. II. primum cura *Penföldi*. Franck. 1610. Goslar 1615. Lipf. 1631. 4.

Anton. FABRI Codex Fabrianus Definitionum Forensium, et rerum, in S. Sabaudiae Senatu decifiarum. Frf. 1611. Lipf. 1706. Genev. 1740. f.

Matth. BERLICHII Decifiones. Lipf. 1625. 1638. 1656. 4. Pars II. et III. Jen. 1660. sub tit.: Decifiones aureae in tres partes divifae. Frf. 1635. 4. cum *Casp. Ziegleri* decifionibus XXXI. Lipf. 1699. 4.

Pauli CHRISTINAEI practicae quaestiones et decifiones rerum in Supremis Belgorum curiis actarum opera

Sebast.

Sebast. de Christynon filii. Antwerp. 1636. 1671.
Bruxell. 1673. VI Vol. f. cum addit. *Tobiae Ja.
Reinhaythi.* Erf. 1735. f.

Bened. CARPZOVII Jurisprudencia forensis Romano-
Saxonica sec. ord. Constitutionum *D. Augusti* Elect.
Sax., exhibens Definitiones judiciales rerum et quae-
stionum in foro praefert. in Saxonico accurrentium
et in Scabinatu Lipsiensi decifarum. Frf. 1638.
1644. 1650. f. auct. et emendat. Lipsi. 1663. 1674.
cur. *Andr. Mylii.* Lipsi. 1684. 1694. 1703. 1721. f.
EJUSD. Responfa juris electoralis. Lipsi. 1642. 1658.
1683. 1670. 1709. f.

EJUSD. Opus Decisionum illustrium Saxonicarum.
Lipsi. 1646-1654. III T. conjunctim 1660. 1670.
1704. 1729. f.

Jo. a SANDE Decisiones aureae Frisiae. Leovard. 1647.
Colon. 1662. 1684. Leovard. 1693. Arnh. 1670. 4.
in Opp. *Jo. et Frid. a Sande.* Colon. 1698. f.

Chr. Phil. RICHTERI Centuria variarum juris decisio-
num. Jen. 1663. sub tit. variae juris decisiones.
III Part. Jen. 1670. f. denique sub ind.: Decisiones
juris variae in tres partes divisae cur. *Ge. Ad. Stru-
vio.* Frf. et Lipsi. 1689. f.

David MEVII Decisiones Wismariensis tribunalis.
VIII P. Strallund. 1664-1675. 4. Frf. 1681. 1698.
Mog. 1699. et 1701. II Voll. cur. *Jo. Jac. a Rüs-
sel.* Frf. et Lipsi. 1705. 1711. 1726. f. cum Praef.
Jnst. Henn. Böhmerti. ib. 1740. f. Edit. decim. a
Ludov. Jul. Frider. Höpfner. T. I. Francf. ad M.
1791. 4.

Ad hoc opus quoque spectant:

Herm. Henr. ab Engelbrecht Observationes selectae

- forenses maxima parte accessionis ad *Mevii* Opus
 decisionum. Wismariae 1748-1771. 4. IV Part.
 EJUSD. Consilia posthuma. Frf. 1668. 1680. cur. *Ott.*
Phil. Zaunschliffer. Frf. ad Mön. 1717. f.
Jo. BRUNNEMANN Decisionum juris centuriae V. cur.
Sam. Stryckii. Frf. 1677. 1684. 1704. 4.
Ferd. Chrph. HARPRECHT Consilia juridica Tubin-
 genfia. Tubing. 1695-1701. f. VI Vol.
 EJUSD. Responfa civilia et criminal. Tub. 1701-1708.
 f. VI T. — Consultationum criminalium et civi-
 lium Volumen novum in VI partes divisum 1710-
 1713. f.
 Nova Consiliorum juridicorum Tubingensium col-
 lectio. VIII Vol. cura *Ad. Frid. LAUTELBACHII.*
 Tub. 1731. sq. f. Vol. IX. accur. *Wolfg. Adam*
SCHÖPFFIO. ibid. 1750.
Nic. Chrph. LYNCKERI Rerum in Serenissimor. Du-
 cum Saxoniae dicasteriis Jenensibus decisarum cen-
 turiae XV. Jen. 1700-1701. III Tom. 1713. 1720. 4.
 EJUSD. Analecta ad jus universum civile, feudale et
 canonicum privatum ac publicum. Jen. 1698. 4.
 EJUSD. Consilia s. responfa. Jen. 1704. 1710. 1715.
 1736-1744. f. II Vol.
Jo. Henr. BERGERI Electa Disceptationum forensium.
 Lips. 1706. et cum Access. *Thom. Haymii.* ib.
 1738. 4.
 EJUSD. supplement: ad Electa Disceptationum foren-
 sium. ib. 1707. cum access. *Thom. Haymii.* 1738.
 1739. 1741. 4. II Part.
 EJUSD. Dissertationes juris selectae. Lips. 1707. 4.
Corn. van BYNKERSHÖK Observationes juris L. B. 1710.
 cum

cum Praef. *Jo. Gottl. Heineccii.* Frf. et Lips. 1723.
Hal. 1738. 4.

EJUSD. *Observationes Libri IV. prioribus quatuor ad-*
diti L. B. 1733. cum Praef. Jo. Gottl. Heineccii.
Hal. 1734. 1738. 4.

Jo. Balth. WERNHERI selectae observationes forenses,
novissimis dicasteriorum Vitembergensium praeju-
diciis confirmatae. Viteb. 1720-1722. X Partes. —
Supplementa nova. ibid. 1723. 4. *Gottfr. Reinold.*
Köselisii Repertorium Wernherianum, sive indi-
ces generales. Viteb. 1723. 4. Altera editio cum
praefatione *Diet. Herrmanni Kemmerichii.* Jen.
1738-1749. f. III Vol. Tertia et correctior editio.
ib. 1755. et 1756. III Tom. f.

Chr. Hier. GUNDLINGII Gundlingiana. *Darinnen al-*
lerhand zur Jurisprudenz, Philosophie, Historie,
Critic, Literatur, und übrigen Gelehrsamkeit gehö-
vige Sachen abgehandelt werden. Hal. 1715-1730. 8.
XLV Thle.

Chr. Henr. de BERGER Decisiones Summi provocatio-
num Senatus Elector. Sax. e Schedis paternis col-
lectae. Dresd. 1720. 4.

Henr. de COCCEJI Deductiones, Consilia et Respon-
sa in causis illustrium. Lemgov. 1725-1728. f.
III T.

Jo. Nic. HERTII Responsa et Consilia et deductiones.
Frf. 1729-1730. f. II Vol.

Geo. Melch. de LUDOLPH Variarum observationum foren-
ses ex omni jure — selectae novissimisque rebus
judicatis summorum Imperii Tribunalium confir-
matae. Wetzlar, 1732-1734. III P. Edit. II.
Wetzlar 1780-85.

- EJUSD. Supplementa variarum observationum foren-
sium. Wetzlar 1738. 4.
- — Symphoremata Consultationum et decisionum
Forensium. Frf. ad Mön. 1731-39. III T. f.
- Consilia Hallensium Jureconsultorum, SAMUELIS
nempe STRYCKII, Christiani THOMASII, Jo. Petr.
de LUDEWIG et quaedam Nic. Hieron. GUNDLINGII
ut et Jo. Gottl. HEINECCII, cum Praef. Jo. Petr.
de LUDEWIG. Hal. 1733-1734. f. II Vol.
- Just. Henn. BÖHMERI Consultationes et decisiones.
Häl. 1733. 1753. f. III Tomi.
- Dav. Geo. STRUBEN Nebenstunden. Hildesh. 1742-
1765. 8. Edit. II. Hannov. 1785. et sqq. VI Thle.
- EJUSD. Recktlliche Bedenken, Hannov. 1774. V Tomi.
2te Aufl. ib. 1786.
- Fvlder. Esaiæ PUFENDORFII Observationes juris uni-
versi, quibus praecipue res judicatae Summi Tri-
bunalis Regii et Electoralis Brunsvico-Lunenburgi-
ci continentur. II Tomi. Frf. et Lips. 1744. Han-
nov. 1748. T. I. Cellae 1756-1757. 4. Tom. III.
Hannov. 1756. T. IV. ib. 1770. 4. Edita altera.
Hannov. 1779-84. IV Vol.
- Jac. VOORDAE Emendationes et interpretationes ju-
ris. Traj. 1735. auct. 1763. 8.
- Sam. et Joan. Sam. STRYCKII Opera omnia. XVI
Tom. Ulmae 1744-55. f.
- Jo. Ulr. de CRAMER Observationum juris universi
ex praxi recentiori supremorum imperii tribuna-
lium haustarum Tomi VI. Ulmae 1758-1772.
1785. 4.
- — Wetzlar. Nebenstunden. 128 Thle. Ulm
1755-73. 8. Register dazu. Ulm 1779. 8.
- Jo.

Jo. Ulr. de CRAMER Wezlar. Beyträge zur Rechtsgelehrsamkeit. IV Thle. Wezlar 1759-1763. 8.

J. St. PÜTTER Auserlesene Rechtsfälle aus allen Theilen der in Deutschland üblichen Rechtsgelehrsamkeit, Deductionen, rechtlichen Bedenken und Urtheilen u. s. w. Göttingen 1760-85. III Bde, (jeder Band besteht aus 4 Thln.) f.

Henr. BROKES Observationes forenses, cum Appendice trium juris Lubecensis codicum una cum antiquo jure Wisbycensi. Lub. et Alton. 1765. f.

Car. Ferd. HOMMEL Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium neque tamen legibus decissarum. Baruthi 1766. 8. insigniter locuplet. III Vol. ib. 1769. 4. Vol. IV. ibid. 1776. V. 1779. Ed. 4. cur. Rössig. VII Vol. 1786.

Leonh. Henr. Lud. Geo. de CANNEGIESSER Collectio notabilium decisionum supremi Appellationum Tribunalis Hasso-Casseliani ab ejus Constitutione emanatarum. Cassel 1767. 1768. 1771. f. II Tom.

Chr. GMELIN et Car. Frid. ELSAESSER gemeinnützige juristische Beobachtungen und Rechtsfälle. Frf. u. Leipz. I-IV Band. 1777-80. 8.

Jo. Lud. SCHMIDS öffentliche Rechtsprüche zur Erweiterung der praktischen Rechtsgelehrsamkeit. Jen. 1777.

Gust. Bernh. et Ott. Dav. BECMANNORUM Consilia et Decisiones. III Vol. Gött. 1784. f. Indices. ib. 1789.

Jo. Chr. QUISTORP Beyträge zur Erläuterung verschiedener Rechtsmaterien aus der bürgerlichen und peinlichen Rechtsgelahrtheit. I-IV. St. Rost.

- u. Leipz. 1778-80. 8. Zweyte Aufl. Rost. u. Leipz. 1787. 8.
- Heinr. MEURER* juristische Abhandlungen und Beobachtungen. Erste Sammlung. Leipz. 1780. 8.
- Ottl. Lud. von EICHMANN* Sammlung kleiner Abhandlungen aus der Rechtsgelehrsamkeit etc. Hal. 1782. 8.
- Meditationen über verschiedene Rechtsmaterien von zweien Rechtsgelehrten (von den Gebr. OVERBECK)* Braunsch. u. Hildesheim 1783-90. IV B. 8.
- 9) *Ever. OTTONIS* Thesaurus Juris Romani continens rariora meliorum interpretum Opuscula, in quibus jus romanum emendatur etc. cum praef. *Ever. Ottonis*. Traj. ad Rhen. 1725. Edit. sec. Ultrajecti 1733-35. f. Basil. 1741. f. V Tomi.
- Jo. Gottl. HEINECCI* Jurisprudencia Romana et Attica, continens varios commentatores etc. III Vol. L. B. 1738-1741. f.
- Ger. MEERMANNI* Novus Thesaurus juris civilis et canonici, continens varia et rarissima optimorum interpretum, inprimis Hispanorum et Gallorum. Tomi VII. Hagae Com. 1751-53. f. Supplementum novi Thesauri (f. Tomum VIII.) post patris obitum edidit *Jo. L. B. de Meermann*. Hag. Com. 1780. f.
- 10) vid. *Lipen. voc.: Controversiae juris.*
- J. H. BERGER* resolutiones legum obstantium. Viteb. 1692. 1699. 1706. 1716. 1721. 1731. 8.
- Sam de Coccei* jus civile controversum ad illustrationem Compendii Lauterbachiani. II T. Frf. et Lipf. 1713. 1718. 1729. 1739. 1753. 1767. 4. ed. *B. Emminghaus*. Lipf. 1791. T. I. 4.
- Frid.*

Frid. Ehrenr. BEHMER novum jus controversum.
Lemgov. 1771. II Tom. 4.

Car. Frid. WALCH introductio in controversias jur.
civilis recentiores inter Juris consultas agitatae.
Jen. et Lips. 1771. Ed. nova 1791. 8.

Sectio secunda.

*Generalia juris communis praecepta de fontibus ju-
rii et de modo, ex iisdem doctrinas de juribus
hauriendi.*

I. De objectis juris.

§. 13.

*Leges non nisi ad actiones *) voluntarias, ex-
ternas **) et possibiles ***) pertinent.*

*) cf. de notionibus verborum, quibus hic utendum
fuit, *meine Lehrsätze des NR.* §. 1. et al.

**) L. 53. §. 2. D. de V. S. L. 18. D. de poenis:
„Cogitationis poenam nemo patitur.“

***) L. 185. de R. J.: *Impossibilium nulla obliga-
tio est.* „

§. 14.

*Persona est ens, cui jura et obligationes
competunt (subjectum iurium.)*

B 5

§. 15.

§. 15.

Res est omne id, in quod jura competere possunt, quod ipsum tamen jurium incapax est (*objectum jurium, quod non simul subjectum eorundem esse potest.*)

Omne id quod in bonis est aut esse potest. *Pecunia* actu in nostro est patrimonio. L. 5. pr. L. 49. D. de V. S. L. 2. §. 1. C. de constituta pecunia.

§. 16.

Universitas (Gemeinheit) est complexus plurimum individuorum sub communi nomine, quae cum sint vel personae vel res, distinguas *universitatem personarum et universitatem rerum.*

Lipen. et suppl. voc.: *Universitas et Universitatis jus.*

§. 17.

Ambo universitatum genera (§. 16.), quatenus juribus gaudent, *universitates juris* vocantur; cetera tantum *universitates facti.*

Inter jura universitatis rerum (*juris*) eminent e. g., quod *res in locum pretii, et pretium in rei locum succedat.*

§. 28.

Universitas personarum (§. 16. *Gemeinde*) plures requirit personas *), et communem finem perpetuum.

*) Tres sufficiunt ad constituendam L. 85. D. de V. S.; ad conservandam una. L. 7. §. 2. quod cujuscunque universitatis nomine.

Univer-

Universitates minores ex singulis hominibus compositae *collegia*, majores vero, quae plura collegia comprehendunt, *corpora* vocantur.

§. 18.

Universitas personarum (§. 16.) non est universitas juris (§. 17.), nisi ab imperante sit confirmata *).

*) L. 1. pr. quod cujuscunque universitatis nomine. Non sufficit magistratus inferioris confirmatio, nisi jus universitates confirmandi legitime acquisiverit. arg. L. 1. pr. D. de collegiis et corporibus.

§. 19.

Universitas personarum cum subjectum jurium quorundam (§. 17.) sit, *personae* (§. 14.) nomine insignitur. Personae igitur in *physicas* et *morales* s. *mysticas* dividuntur.

Jura universitati personarum vel ex natura universitatum vel ex alio fundamento competunt; priora *jura collegialia* vocantur.

II. De requisitis fontium juris in genere.

§. 20.

Omnes lex, sive scripta sine non scripta, vel eos, e quorum voluntate emanavit, hos tantum vel alios quoque obligat. Posteriori casu *lex* in sensu stricto vocatur.

cf. *mein Lehrbuch der Rechtsgesch.* §. 19.

§. 21.

§. 21.

1) *Leges scriptae.*a) *in genere.*

Lex scripta in sensu stricto, saepe *constitutio* vocata, expressa legislatoris in civitate summi voluntate nititur et non nisi a legislatore ferenda est.

§. 22.

Promulgatio legis est actus, quo lex scripta ad subditorum notitiam perducitur.

§. 23.

Ad promulgationem legitimam requiritur, ut loco, tempore et modo congruo, lingua quam subditi intelligunt et nomine legislatoris fiat.

Leyser sp. 7. m. 1-4.

§. 24.

b) *in specie.*

Omnes leges scriptae vel concernunt omnes subditos, vel quosdam tantum. Illas *constitutiones generales*, has *constitutiones speciales* appellamus.

§. 25.

Constitutiones speciales.

Constitutio omnis specialis a legislatore (§. 22.) ipso emanet necesse est.

1. *Alias*

1. Alias eidem obstat *exceptio falsi*, ab allegante probanda, nisi fulciatur circumstantiis verisimilibus.
2. An constitutio specialis generalem omnes subditos obligandi vim habeat, ex intentione imperantis pendet. COCCEJI J. C. C. L. I. tit. 4. §. 1.

§. 26.

Constitutiones speciales saepe ad libellos precantium legislatori propositos dantur; et ideo, nisi preces veritate nitantur, non valent *).

*) L. 7. C. de divers. rescr. c. 2. et arg. 20. X. de rescript.

Alias opponenda est *exceptio sub-et-obreptionis*. Cui probatio hujus exceptionis imponenda sit, arbitrio judicis relinquendum est. arg. R. J. N. §. 8.

§. 27.

Privilegium.

Privilegium, si pro *constitutione* sumitur, est constitutio specialis, qua imperans sive res sive personas vel unum vel plures a jure universali quoad unum vel plures actus similes eximit.

1. Alium *privilegii* pro jure et obligatione sumti significatum vide infra.
2. Huc pertinet appellatio *constitutionis* personalis. L. I. §. 2. de constitutione princ.

3. Con-

3. Constitutio specialis, qua cuidam munus vel dignitas confertur, *decretum* vocatur.

LIPENIUS et suppl, voc.: *Privilegium*. Ge. Acac. Eneukel Bar. HOHENHEIM de privilegiis juris civiles. Frf. 1606. 4. Christ. Georg GEBAUER diss. Singularia de privilegiis. Gött. 1749. 4.

§. 28.

Alia *constitutionum* divisio ex eo pendet, quod vel ad omnes subditos, vel ad quosdam tantum directae sunt. Priores hodie *edicta* vel *mandata*, et quidem si per literas dantur, *programmata*, (*literae*) *patentes*, si vero per vocem praekonis promulgantur, *proclamata*, posteriores *rescripta* vocantur.

1. Interdum, si constitutiones praecedente causae cognitione dantur, *decreta* audiunt.

2. Rescripta vel sunt *gratiae* vel *justitiae*. Priora a tempore datae, posteriora a tempore insinuationis vim legalem capiunt. arg. L. 7. et 19. X. de rescriptis.

3. Rescripta quoque a magistratibus superioribus emitti possunt.

4. Rescripta ad omnes subditos ejusdem generis directa interdum *circularia* vocantur.

§. 29.

2) Lex non scripta s. consuetudo.

a) Definitio.

Consuetudo (legalis) est regula in actionibus

VO-

voluntariis hactenus observata, cui vis legalis inest *). Jus inde enatum vocatur *jus non scriptum*.

*) §. 9. J. de J. N. G. et C. L. 32. §. 1. D. de LL. Lipen. voc.: *consuetudo*.

Christ. Thomafius de jure consuetudinis et observantiae. Hal. 1693.

Diety. Herin. Kemmerich de probatione consuetudinis et observantiae tam privatae quam publicae s. imperialis. Jen. 1732. 4.

Jac. Heinr. Baleke der wahre Begriff des Herkommens. Rostock u. Wismar 1751.

Gervard von dem Busch diss. de consuetudine unde et quando vim legis obtineat. Gött. 1752. 4.

Hofacker de jure consuetudinis secundum doctrinam juris naturalis et romani. Tüb. 1774.

Grundlinien einer ächten Theorie vom Gewohnheits-Recht — Maurers jurist. Abhandl. und Beobacht. Samml. I. n. 4.

Plures species consuetudinis enumerantur, quamvis diverso modo definiuntur: e. g. *jus traditum, jus consuetudinarium, observantia, stilus curiae.*

§. 30.

b) *Species.*

Consuetudine vel novum jus praeter jus constitutum introducitur, vel jus abrogatur *); in *consuetudinem introductivam* s. *constitutivam* et *abrogatoriam* s. *correctoriam* (*correctivam*) dividitur.

1) L.

*) L. 32. D. de LL. Non obstat. L. 2. C. quae sit longa consuet. arg. L. 6. D. quod cujuscunque univers. nom. |

§. 31.

α) C. introductiva.

Consuetudinis introductivae (§. 31.) vis legalis non nisi a voluntate imperantis antecedente generale pendet, quippe qua ordinatum est, regulas in pluribus actibus observatas, uti leges, in posterum obligare subditos, si tum actus tum regulae certis gaudeant requisitis *).

*) L. 1. et 3. C. quae sit longa consuet. pr. J. de offic. jud. c. 1. de constitut. in 6. C. O. C. P. I. tit. 71. Ord. jud. aul. tit. 1. §. 15. R. J. N. §. 105. Rec. Vis. 1713. §. 15.

§. 32.

Requisita actuum sunt: ut sint 1) plures ¹⁾, 2) voluntarii, 3) publici, 4) ex opinione necessitatis gesti ²⁾, 5) similes ³⁾, 6) non interrupti ⁴⁾, et 7) diuturni ⁵⁾.

1) L. 35. D. de LL. L. 1. C. quae sit long. consuet. Arbitrio judicis relinquendum est, quot requirendi sunt. VINNIUS ad §. 9. J. de J. N. G. et C. VOET ad D. tit. de LL. n. 29. KEMMERICH diss. cit. D. 64. STRUBE *rechtl. Bed. Thl. Bed.* 138. saltem duo. BERGER O. J. L. 1. tit. 1. §. 19. WALCH *controv.*

- controv. (ed. 1791.) p. 23. Dissentiunt TITIVS
in j. priv. L. 1. c. 7. §. 9. COCCEJI J. C. C. L. 1.
tit. 3. qu. 11.
- 2) arg. c. 8. X. de consuetud. BÖHMER J. E. P. L. I.
tit. 4. §. 44. CRAMER *Nebenstunden*. Th. XII.
§. 100. STRUBE *Bed.* Th. I. S. 305. BERGER
O. J. I. c. n. 4.
- 3) WERNHER T. I. P. V. obs. 135. STRUBE *Bed.* Th. II.
S. 223.
- 4) SCHILTER ex. 2. §. 21.
- 5) L. 33. et 35. de LL. L. 2. et 3. C. quae sit longa
consuet. Quantum temporis desideretur, arbitrio
iudicis relinquendum est. STRUBE ex 2. §. 20.
COCCEJI L. 1. tit. 3. qu. 11. LAUTERBACH L. 1.
tit. 3. §. 35. KEMMERICH l. c. p. 79. WALCH
l. c. p. 222. Praescriptio enim non necessaria est
jure communi. RICCI spic. p. 16. Dissentiunt
tamen GAIL L. II. obs. 31. n. 3. MYNSINGER
cent. VI. obs. 39. n. 10. BERGER O. J. L. 1. tit. 1.
§. 13. CUJAC. L. IX. obs. 24. BÖHMER princ. j.
can. §. 332. Jure particulari tamen, e. g. saxoni-
co etc., requiritur praescriptio. BERGER O. J. L. 1.
tit. 1. th. 19. CARPZOV. P. H. c. 3. d. 21. n. 5.
MÜLLER ad STRUV. ex 2. th. 20. n. §.

§. 34.

Regula in actibus observata sit 1) juridi-
ca, 2) nec rationi nec juri contraria.

L. 2. C. quae sit longa consuetud. L. 39. D. de LL.
Nov. 134. c. 1. MÜLLER ad Struv. ex. 2. th. 20.
n. 8-§. STRUBE *Bed.* Th. I. S. 55. PUFENDORF
T. I. obs. 43. §. 6. et obs. 198.

C

Con-

Consuetudo in iudicio confirmata sit necesse non est
 GAIL. L. II. obl. 39. n. 8. WALCH contr. p.
 27. Dissentiunt, sed perperam, ex L. 34. D. de LL.
 HOFACKER diss. cit. c. 2. §. 58. sqq. MEURER
 I. c. S. 125. ff.

§. 35.

β) C. abrogatoria.

Ad consuetudinem legis scriptae abroga-
 toriam s. correctoriam vel tacitus legisla-
 toris consensus ^{a)}, actus plures ^{b)} legi contra-
 rios confirmans, vel praescriptio ^{c)} accedat, ne-
 cesse est.

a) L. 32. §. 1. D. de LL. arg. L. 2. C. quae sit lon-
 ga consuetudo. arg. L. 3. §. 5. D. de sepulcro
 violato. arg. L. 25. D. ad municip. CARPZOV dec. 3.

b) KEMMERICH diss. cit. L. II. §. 12. not. 6. RICCI
 spic. p. 4.

c) c. fin. X. de consuet. Praescriptionem quadragin-
 ta annorum hic necessariam esse, ex c. 3. X. de
 consuet. in 6. et c. 25. X. de V. O. arguunt
 GAIL. L. II. obl. 31. n. 3. BERGER O. J. L. 1.
 tit. 1. §. 19.

Lex non scripta eodem modo tolli potest, quo in-
 troducta est.

§. 36.

Quaelibet consuetudo ab allegante pro-
 banda est, cum singulis factis (§. 30.) semper
 nitatur *).

*) WERN:

- *) WERNHER. P. IV. obs. 110. BERGER O. J. L. I. tit. 1. §. 19. n. 4. et 54. Non ergo sufficit generalis iudicis s. testium, quamvis plurimorum, testimonium. MEVIUS. P. II. dec. II. CARPZOV. P. II. const. 3. def. 22. PUFENDORF. T. II. obs. 138.
1. In constitutiva tamen alleganti non nisi probatio actuum *plurium et diuturnorum* incumbit. Reliqua omnia praesumuntur, donec pars adversa contrarium probet.
 2. Media probandi consuetudines eadem sunt, quae in omni alio probationis genere. cf. MALBLANG de iurejurando L. III. c. 3. §. 54. WERNHER P. IV. obs. 38.
 3. Consuetudinis vis et efficacia non extenditur ultra limites iudicii, in quo recepta est. Nulla igitur consuetudo universalis s. communis (§. 2.) esse potest. cf. *meine Abh.: giebt es allgemeine Gewohnheiten im juristischen Sinne (Beyträge zur Erw. u. Ber. der pos. Rechtswiss. St. 1. Abh. 1.)*

§. 37.

Nullum omnino iurium fontem praeter leges scriptas et consuetudines, legitimo modo introductas, quaerere licet.

1. Nihil igitur roboris habent communes Doctorum opiniones s. auctoritates, praeiudicia, et praxis quam vocant, nisi sint consuetudinis requisitis munitae. STRYK. U. M. L. I. tit. 3. §. 13.
2. Cum per consuetudinem jus commune fundari nullo modo possit (§. 36. not. 3.); nec ex opinionibus Doctorum, nec ex praeiudiciis nec ex praxi idem deducendum esse apparet.

III. De interpretatione fontium juris in genere.

LIPENIUS VOC.: *interpretatio juris et interpretatio legum.*

Casp. Henr. HORN praelect. juridicae de interpretatione jurid. Vit. 1707. 1728. 8. et cum annotationibus Jo. Chr. HEDLERI. Vit. 1733. 8.

Christ. Henr. ECKHARD hermeneutica juris. Jenae. 1750. 8. — cura Car. Fried. Walch. Lips. 1779. 8.

Der Rechtsgelehrte od. über die Art und Weise, wie das Civilrecht richtig erlernt und erklärt wird. Eine Abhandlung in zwey Büchern des Franz RAPOLLA. Stuttg. 1792. 8.

Glück Erläuterung der Pandecten T. I. p. 225. sqq.

§. 38.

1) *Interpretatio in genere.*

Interpretatio legum est explicatio sensus legis cujusdam; praecipue cum ipse dubius et obscurus sit,

§. 39.

Si interpretationem strictiori sensu sumas; notandum est, legem claram non egere interpretatione.

Arg. L. 25. §. 1. D. de leg. 3. L. 1. et arg. L. 9. et 21.

C. de Legibus L. 12. §. 1. fin. D. qui et a quibus manumissi liberi. Nov. 82. c. 1.

§. 40.

§. 40.

Casus juridicus est factum omnimode determinatum, quod ad leges referendum est; qui quidem si e lege ipsa elicitur, *casus legalis* s. *casus in terminis* vocatur.

§. 41.

2) *Species interpretationis.*

a) ratione sensus ad verba relati.

Interpretatio legum, si relationem sensus ad verba spectes, vel est *extensiva*, ubi sensus legis ultra verba (i. e. ad plures casus (§. 40.) similes, sed qui cum legali non omnimode congruunt) extenditur; vel *stricta*, quae sensum legis non ultra verba extendit. *Stricta* vero in *restrictivam* et *declarativam* dispescitur. Per *restrictivam* sensus verbis angustior determinatur (ubi verba ad plures *casus legales* pertinere videntur quam sensus permittit); per posterio- rem sensus legis non ultra verba (vel casus cum casu legali plene congruentes) nec extenditur nec restringitur.

L. 29. D. de LL.: „*fraudem legi facit*“ (*in fraudem legis agit*), „qui salvis verbis legis ejus sententiam circumvenit.“ L. 5. C. pr. eod.

§. 42.

b) ratione originis.

Interpretatio legum porro, si ejus *originem* spectes, vel eodem fundamento nititur quo le-

ges ipsae, vel alio. Priori casu *interpretatio legalis*, posteriori *doctrinalis* appellatur.

§. 43.

α) *J. legalis.*

Interpretatio legalis vel expressa legislatoris declaratione data ^{a)}, vel consuetudine (§. 32.) introducta est ^{b)}. Ilto casu *authentica* dicitur; hoc *usualis*. Ambae legis habent vigorem ^{c)}.

a) L. 1. 9. et 12. §. 1. C. de Legibus. Nov. 113. c. 1. princ. in f.

b) L. 37. D. de LL.

c) L. 38. in f. de LL. L. 12. §. 1. C. eod. Non obstat. L. 1. C. de LL.

§. 44.

Interpretationis legalis ambae species, ut legis vim habeant, iisdem necessario requisitis, quibus leges ipsae, instructae esse debent; *authentica* scilicet legis scriptae (§. 22. sq.)*) *usualis* consuetudinis introductivae (§. 32. sq.) attributis **).

*) *Hartleben* sp. 2. m. 4.

**) cf. L. 39. D. de LL.

Interdum, si sensus legis nullo modo explicari potest, legislator de interpretatione *authentica* expresse adeundus est. Nov. 113. c. 1. princ. in fin.

§. 44.

§. 45.

β) J. doctrinalis.

Interpretatio doctrinalis (§. 42.) ab alio quam legislatore originem ducit et inde semper *legali* in applicatione postponenda est,

§. 46.

Interpretatio doctrinalis (§. 42.) vel legis verba non transgreditur, vel citra verba ex ratione legis sensum illius deducit. Prior *philologica* s. *verbalis*, posterior *logica* s. *philosophica* dicitur.

§. 47.

α) J. philologica.

Interpretatio philologica (§. 46.) vel est *critica*, qua textus legis genuinus restituitur, vel *grammatica*, qua verborum et phrasium sensus enucleatur.

§. 48.

a) J. critica.

Ad interpretationem criticam s. emendationem (§. 47.) non est progrediendum nisi jubeat necessitas.

Media suppeditant largiter libri de interpretatione juris ex instituto differentes. ERHARD Hermeneutica juris. L. 1. c. 2.

Lützen. et Schott voc.: critica.

§. 49.

b) J. grammatica.

Interpretationi grammaticae praerogativa prae logica semper est tribuenda *).

*) Arg. L. 1. §. 20. D. de exercitor. actione. Arg. L. 1. §. 3. D. de aleator. Arg. L. 15. §. fin. D. de testamento militis.

Maximi pretii in interpretatione grammatica sunt opera *Barnabae Brissonii* celeberrima.

Barnabae BRISSONII Libri XXI. de Verborum, quae ad jus pertinent, significatione. Frf. 1578. 1683. 1697. 1721. Editio novissima in meliorem ordinem reducta, pluribus accessionibus locupletata, ac praemissa praefatione *Just. Henn. Böhmeri* de interpretationis grammaticae in jure civili fatis et vario usu, nec non novae hujus editionis praerogativis, edita a Jo. Chr. Heineccio, Halae 1742. f.

— — de Formulis et solennibus populi romani Verbis Lib. VIII. Paris. 1583. Frf. 1592. 4. Mogunt. 1649. 4. ex recensione *Franc. Cav. Conradi*. Hal. et Lips. 1731. f. et variis accessionibus ac notis passim aucta *Jo. Aug. Bachio*. Lips. 1754. f.

§. 50.

J. J. logica.

Interpretatio logica (§. 46.) pendet ex *ratione* legis, quae est causa movens legislatorem ad legem ferendam.

1. Ratio ab occasione legis sollicite distinguenda est.

2. In-

2. Interpretationem hanc sequi jubet jus nostrum; L. 5. C. de Legibus; sed tantummodo, ubi verba legis non satis aperte loquuntur. L. 21. C. eod.

§. 51.

Regulae interpretationis logicae praecipuae sunt: 1) Cessante in totum legis ratione, cessat quoque legis dispositio *). 2) Vbi eadem ratio, ibi eadem legis dispositio applicanda **).

*) Arg. L. 6. §. 2. de jure patron.

***) Arg. L. 15. §. fin. D. de testamento militis. Arg. L. 1. §. 3. de aleator.

§. 52.

In interpretatione logica *extensioni* (§. 41.) non facile est locus dandus, nisi forte in favorabilibus, et interdum in aliis. a) Multo magis *strictae interpretationi* (§. 41.) indulgendum; nam 1) odiosa semper sunt restringenda b), 2) stricta interpretatio semper locum habeat in praecepto juris a jure communi aberrante c). *Restrictiva* denique non aliter applicanda, nisi 1) ratio cesset, a qua lex in maximo ambitu pendet, 2) alius forte sensus indubitato juris praecepto repugnaret d).

a) L. 12 et 13. D. de LL.

b) L. 9 et 183. D. de R. I. In poenis semper mitior

C 5

senten-

sententia obtineat s. benignior interpretatio facienda. L. 42. D. de poenis L. 155. fin. D. de R. I.

c) L. 14. 15. D. de R. I.

d) arg. L. 19. D. eod.

§. 53.

Ex interpretatione logica manat *analogia juris*, quo vocabulo significatur regula juris, non ex verbis, sed ex ratione legis deducta.

LIPEN. voc. Analogia et Argumentum.

§. 54.

Sunt igitur, tanquam fons jurium secundarius, regulae generaliores ex legibus deductae ipsis legibus annumerandae, si scilicet eadem legibus scriptis vel consuetudinibus niantur.

IV. De legum vi obligandi.

§. 55.

1) *Quinam legibus obligantur.*

Subditi sunt personae, imperio civili subjectae; dividuntur tamen in *temporarios* et *perpetuos*, in subditos absolute tales et secundum quid tales.

cf. *meine Lehrsätze des Naturrechts* §. 344. u. 446.

§. 56.

Vis legum *civilium* obligatoria pertinet ad
omnes

omnes subditos in civitate qua privatos; ideo obligantur iisdem tum illi, quibus nulla imperii civilis pars competit; tum etiam illi, quibus competit imperium civile, sed qui alio respectu pro subditis et privatis haberi possunt.

1. e. g. *status imperii*; veluti in contractibus in iudiciis, testamentis condendis etc. *Leyser* sp. 41 m. 5. Non ergo imperans legibus civilibus subest, nisi simul subditus est, quamvis sine dubio legis naturalibus et fundamentalibus subjectus sit. cf. *Andr. J. SCHNAUBERT* diss. de principe legibus suis obligato Jen. 1794. 4.
2. Non est differentia in subiectione subditorum erga leges, sive *laici* sint, sive *clerici*.
3. Cum vero plures subditorum sint species, hactenus tantum vis legum obligatoria erga quemque valet, quatenus ipse imperio civitatis subjectus est.

§. 57.

2) *De juris ignorantia ejusque effectibus.*

Juris ignorantia non prodest acquirere volentibus.

L. 7. D. de juris et facti ignorantia, Ex. v. in L. 9. §. 5. eod.

§. 58.

Omnis ignorantia est vel *vincibilis* vel *invincibilis*; prout vel ab omissione actionis voluntariae illicita pendet vel non.

cf. *meine Lehrsätze des Naturrechts* §. 618.

§. 58.

§. 59.

3) De initio et fine vis legalis.

Lex ad praeterita non est trahenda *a)*, nisi
 1) lex jam prius ex alio fundamento value-
 rit *b)*, 2) id lege nominatim cautum sit *c)*.

a) L. 7. C. de LL. L. 29. in f. C. de testam.

b) HUBER ad Dig. L. 1. tit. 3. §. 10. BÖHMER intr. ad
 Dig. eod. tit. §. 14.

c) L. 7. C. de LL. — Ex. in L. 21. in f. L. 22. §. 1. C.
 de SS. Eccl. et L. 3. C. de pactis pignorum.

§. 60.

Omne praeceptum legale vim suam per-
 dit *a)* 1) per legem contrariam *b)*, 2) per con-
 suetudinem correctoriam (§, 37.) *c)*, 3) cessan-
 te legis objecto *d)*, 4) cessante omni legis ratio-
 ne *e)*, (§. 51).

a) Cum vis vel tota vel in tantum saltem legi eri-
 piatur, lex vel *abrogatur*, vel etiam legi *obroga-*
tur, *derogatur*, *subrogatur*. Lex posterior gene-
 ralis non semper mutat legem priorem specialem,
 arg. L. 26. 28. D. de LL.

b) L. f. D. de const. princ. §. II. J. de I. N. G. et. C.

c) L. 32. §. 1. D. de LL. cf. L. 2. C. quae sit longa
 consuetudo. Dividitur consuetudo correctoria in ab-
 rogatoriam et derogatoriam.

d) Minime vero solo non usu. LEYSER sp. 9. m. 3.

e) HOFACKER princ. T. I. §. 88.

§. 60.

§. 61.

Legis rite promulgatae observantia praesumitur a) et quidem sempiterna b).

a) WERNHER p. 1. obs. 360. BERGER O. R. J. 1. tit. 1. §. 17. n. 3. COCCEJI J. C. C. L. 1. tit. 3. qu. 8. ibig. EMMINGHAUS. Promulgatio ipsa vero non praesumitur, nisi lex jam sit in observantia. GÄRTNER med. ad D. sp. 1. m. 9. GLÜCK *Erl. der Pand.* Th. 1. S. 138.

b) arg. L. 22. D. de probat. Lex semper loqui praesumitur. LEYSER sp. 256. m. 1.

§. 62.

Lex promulgata a tempore inde, quo ejus consecuti sunt notitiam, omnes obligat subditos a), nisi aliud initium obligationis praefixum sit b).

a) LEYSER sp. 7. m. 8. WERNHER P. IV. obs. 201. REINHARTH ad Christinaeum Vol. I. obs. 53. GÄRTNER meditat. pract. m. 6. WESTENBERG Digesta tit. de LL. §. 12. HOFACKER princ. j. civ. T. I. §. 86. GLÜCK *Erläuterung der Pand.* Th. 1. S. 134. Subditi vero a momento promulgationis notitiam istam consecuti esse praesumuntur.

b) Ex. v. in Nov. 58. et 116. c. 32. de praebendis in 6. Ord. Pol. Imp. 1577. tit. 18 in f. Dissentiunt arg. Nov. 66. c. 1. et legem post duos menses a promulgatione inde obligandi initium capere contendunt. BÖHMER *introduc. in jus Pand.* L. I. tit. 3. §. 12. L. 1.

LAUTERBACH C. T. P. T. 1. Lib .1. tit. 3. §. 20.
 LEYSER Vol. XII. suppl. 1. sp. 7. m. 16. HARTLE-
 BEN sp. 8. m. 1-3. Th. BERGER diff. de obligatione
 subjectorum ad cognoscendas leges et termino,
 a quo praesumatur cognitio. Cob 1738. Usus fo-
 rensem hujus opinionis asserit *Stryk*. U. M. L. 1. tit.
 3. §. 15.

§. 63.

Legis rite promulgatae ignorantia non prae-
 sumitur in subditis.

L. 12. C. de jur. et facti ignorantia.

Non aequè de ignorantia juris non scripti et pere-
 grini judicandum est.

§ 64.

Nulla regula ex lege positiva deducta, quae
 contra praecepta juris naturalis immutabilia
 aliquid statuit, valorem legis acquirere potest.

cf. *meine Lehrsätze des Naturrechts*. §. 562. sqq.

§. 65.

Media, quibus subditi ad observandas le-
 ges coguntur, sunt 1) praecepta judicis ^{a)}, 2)
 praejudicium nullitatis in factis illicitis ^{b)}, 3)
 ablatio ejus quod alteri debetur, 4) poena.

a) ZOLLER de praeceptis quae dantur a judice eorum-
 que differentia. Lips. 1774.

b) L. 5. C. de LL. L. 6. C. de pactis. c. 64. de R. I.
 in 6. C. 25. X. de jurejurando. Non semper ta-
 men

men factum contra legem perpetratum nullitatis poena concidit, saltem non totum. Ex. vide in L. 34. pr. L. 36. §. 3. C. de donat. L. 29. D. de usur. Nov. 115. c. 3. in f. etc. Glück *Erl. der Pand. Th. I.* S. 104. ff. Interdum nullitatis clausula legibus adjecta est; e. g. in L. 8. D. de transactione.

V. De praerogativa, qua fontes quidam juris civilis communis prae aliis gaudent in applicatione.

LEPEN, et suppl. v. *antinomia.*

§. 66.

1) *Juris naturae.*

Jus naturae nunquam applicandum est, nisi omnia jura positiva valida deficient.

§. 67.

2) *Jurium positivarum.*

a) in genere.

Inter leges positivas posterior semper derogat priori *).

*) L. ult. D. de constitut. princ.

§. 68.

b) in specie.

N) *generatim.*

Ad leges peregrinas, cum subsidiariae tantummodo sint, non nisi omnibus legibus imperii

perii deficientibus in deducendo jure communi recurri potest.

Jura particularia, quae vi legali indubitato gaudent, prae communibus semper applicanda sunt.

§. 69.

▮. *Speciatim.*

Jura peregrina, romanum scil. et canonicum, si inter se conspirent, ambo eadem auctoritate pollent, tumque ex iis hoc maxime sequamur, quod rem, de qua agitur, clarissimis verbis significat.

Lipen. voc. Canonicum jus; canonici juris usus et auctoritas.

§. 70.

a) corporum juris civilis et canonici ad se invicem relatorum.

Praevalet jus canonicum, quia novius est, prae romano, nisi 1) praecepto cuidam ex isto hausto usus ex causis generalibus (conf. §. 5 et 9.) omnino denegandus sit, 2) usus fori quibusdam juris romani regulis magis faveat.

Henr. HILDEBRAND de praevaletia jur. Canon. prae civili in foro. Alt. 1697. g.

J. C. FLÖRCKE de praerogativa juris Canonici prae jure Justiniano. Jen. 1722. 4.

Glück Etl. der Pand., Th. I. S. 394.

1) An

1) An vero usu fori tales juris romani regulae in jus commune evehi possint, maxime dubito (§. 37. Anm. 2.)

2) Alii diverso plane modo fines juris romani et canonici regunt; e. g. 1) HELLFELD hist. jur. c. 4. §. 4. et c. 6. §. 54. 2) HOFACKER principia T. I. §. 53. LAUTERBACH C. T. P. prol. §. IX. n. 15-18. Phil HEDDERICH elementa jur. can. (Bon. 1778. 8.) §. 113-115. 3) STRUVE S. J. C. ex. 2. th. 59. 4) GLÜCK Th. I. S. 77. QUISTORP Beyträge N. LIII. DABELOW Einleitung in die Rechtswiss. S. 43.

§. 71.

b) partium juris romani singularum.

In corpore juris civilis Novellae omnibus ceteris partibus, Codex Institutionibus et Digestis, Institutiones Digestis derogant, nisi error sit apertus ^{a)}. In qualibet vero parte separatim considerata si antinomia adsit, quae interpretatione grammatica tolli non potest; analogia juris locum sibi vindicat, vel etiam ad interpretationem authenticam est recurrendum ^{b)}.

^{a)} WALCH controv. jur. civ. (ed. noviss.) S. 7.

^{b)} HOFACKER princip. T. 1. §. 42. inf. cf. PUFENDORF T. IV. obl. 13. GLÜCK Erl. der Pand. Th. I. S. 313-314.

§. 72.

c) partium juris canonici singularum.

In corpore juris canonici per omnia lex posterior priori derogat (§. 69) ^{a)}. Ceterum de

D

anti-

antinomiis in singulis partibus idem, quod in corpore juris civilis, statuendum est.

a) cf. Glück praecognita jurisprud. eccles. §. 79.

VI. De jurium doctrinis ex fontibus hauriendis indeque enata jurisprudentia.

§. 73.

1) Ex quibus verbis jurium praecepta hauriuntur?

Ex legibus scriptis non nisi ipsa verba, dispositionem legalem continentia, ad fontes juris referenda sunt.

Non igitur uti fontes juris consideranda sunt: 1) *ver-*

ba enunciativa et relativa, i. e. a) commendationes legum (cf. §. 27. I. de legat. §. 24. 33. I. de action. L. 1. C. ne liceat potentior. L. 22. §. 13. C. de jur. deliber. §. ult. I. de V. O). b) enunciationes dogmaticae, definitiones scilicet legales, distinctiones etc. (v. c. L. 1. D. de testam. mil.) c) occasiones legum (v. c. L. 20. §. 6. D. de hered. petit. L. 1. D. de SCt. Maced. L. 2. §. 1. D. ad SC. Vellej. L. 20. C. mandati) et aliae circumstantiae historicae, d) opiniones Doctorum saltem memoratae nec approbatae, neque 2) ex *verbis dispositivis* suasiones legum (L. 47. D. de R. J. L. 34. D. de LL. L. 24. D. d. R. V. §. 7. I. de V. O. L. 4. D. de alienat. jud. mutandi causa) etc.

§. 74.

2) Quenam inde fluant?

Nascuntur ex legibus 1) obligationes 2) jura.

1) cf.

1) cf. *meine Lehrsätze des N. R.* §. 19. et 23.

Obligatio, quae ex lege descendit, vel mediante facto, vel nullo facto interveniente existit; et inde vel *mediata* vel *immediata* dicitur.

§. 75.

a) Jus cogens et permissivum.

Ipsae juris regulae sive aliquid observandum stricte proponunt, sive saltem permittunt. Ex prioribus *jus cogens* (*praecipivum* l. *prohibitivum*), ex posterioribus *jus permissivum* oritur.

Contra *jus cogens* stricte dictum nullius momenti est voluntas privatorum. L. 38. D. de pactis. arg. L. 7. §. 14. eod. arg. L. 15. D. de condit. institut.

§. 76.

b) Obligationes naturales, civiles et mixtae.

Obligatio est vel *naturalis*, quae ex lege naturali descendit, vel *civilis*, quae lege civili introducta est. Naturalem lege civili confirmatam, *mixtam* nominamus.

Si *mixtam* sejungas, reliquas in *mere naturales* et *mere civiles* distinguere licet.

§. 77.

Civiles et *mixtae* omnibus effectibus, quos jus positivum largitur, instructae sunt: *mere naturales* non aequae. Sed et posteriores, cum

saltim a lege positiva non reprobatae sunt; quibusdam effectibus *) gaudent, pro ratione obligationis tamen, quae vel perfecta vel imperfecta **) est, diversis.

*) e. g. jure exceptionis, retentionis etc. cf. Glück Erläut. der Pand. Th. I. S. 170. sqq.

**) cf. meine Lehrsätze des N. R. §. 20.

§. 78.

c) Actus facultatis et merae facultatis.

Ex jure permissivo descendunt *actiones mere licitae*, quae etiam *actus s. res facultatis s. juris* vocantur. Sedulo tamen est notanda distinctio inter *actus s. res (non merae) facultatis*, qui secundum leges non omnimode a solo agentis arbitrio pendent, et inter *actus s. res merae facultatis*, qui a solo agentis arbitrio pendent, ita ut salvis ejus et aliorum juribus vel committi vel omitti possint.

Arg. L. 2. D. de via publica et itinere publico reficiendo. LEYSER sp. 462. PUFENDORF T. III. obs. 160. HOMMEL. rhaps. obs. 55. GLÜCK Th. I. S. 112. ff.

§. 79.

Sibi ipse quisque legem (§. 21.) scribere potest, nisi sit juri cogenti (§. 75.) contraria. Lex vero, quam plures simul propria voluntate sibi imponere velint, pacto constituenda est.

Naf-

Nascuntur inde leges *particularissimae*.

§. 80.

Nulla regula juris observanda est, nisi fundamento congruo nitatur, et ex eo probata sit.

§. 81.

d) Aequitas.

Aequitas est restrictio juriū perfectorum civilium per obligationes (secundum jus saltem positivum) imperfectas. Quasdam juris regulas ex aequitate derivare licet, quae tamen aequitas lege positiva quodammodo comprobata sit necesse est.

conf. L. 1. pr. D. de pecunia constituta. L. 14. D. de

cond. indebiti.

LIPEN. et suppl. voc. Aequitas.

§. 82.

Restrictio juriū perfectorum per imperfecta, quam *aequitatem* vocamus (§. 81.), vel ipsarum legum auctoritate praescripta est, vel judici in applicatione legum permessa. Prior *aequitas legalis* *), posterior *judicialis* dicitur. Huic tamen ut non nisi salva mente legum locus detur, maxime patet.

*) Ex. v. in L. 2. §. 5. de aqua et aquae pluviae arcedae. L. 3. §. 1. de pec. const.

§. 83.

2) Jura generalia et specialia s. privilegia.

Jus (pro regula juris sumtum) est, quoad subjectum, vel *generale*, quod regulam generalem ad omnes subditos spectantem continet, vel *singulare* s. *speciale*, s. *privilegium* in sensu lato, vi cujus quidam ex iis, qui alias eodem utuntur jure, secundum diversam juris regulam censendi sunt *).

*) L. 16. D. de LL. Ex. v. in L. 1. D. ad municip. et alibi.

LIPEN. VOC. jus singulare.

1. Non confundendum est *jus singulare* cum *jure singulorum*, cujus renunciatio non nisi a singulis, qui eodem gaudent, fieri potest. SCHOTT et SENKENBERG suppl. ad LIPEN. VOC. *singulus*.

2. Possunt privilegia s. jura singularia tam ex constitutionibus generalibus quam specialibus nasci.

§. 84.

α) Effectus privilegiorum.

Effectus cujuslibet privilegii sunt: 1) *jus quaesitum* privilegiati, 2) *obligatio* subditorum reliquorum, usum hujus juris quaesiti non impediendi *); non semper *jus prohibendi* aliis usum ejusdem juris.

*) Nisi exemptio unius vel alterius ab imperante facta sit. Nequit vero trahi ad praeteritum (§. 59.); nec igitur illi nocet, qui habet jus anterius quaesitum

fitum. L. 7. C. de precib. imper. offerendis. L. 4. C. de emancip. lib. 31. X. de privilegiis. arg. L. 2. §. 10. et 16. ne quid in loco publ. cf. LEYSER sp. 10. med. 4. 5.

***) LIPENIUS voc. prohibitio. ZIEGLER de juribus majestaticis. L. 1. c. 5. 8. 93. 94. LEYSER l. c.

§. 85.

β) Species privilegiorum.

Privilegia, si modum juris concessi spectes, distiguenda sunt I. in *affirmativa* et *negativa*; II. in *favorabilia* et *odiosa* *).

*) Ex. in L. 2. in D. de his qui sui et alieni juris. L. 20. C. de poenis.

§. 86.

Ratione subjecti, ad quod pertinent privilegia, eadem concessa sunt aut personae soli *) aut omnibus rei possessoribus sive omnibus, ad quos negotium quoddam vel causa quaedam spectat **), aut etiam personae quidem, ita tamen ut ad alios quoque transeat ***). Sunt igitur vel *personalia* vel *realia*, et haec iterum vel privilegia *rei* vel *causae*, vel denique *mixta*.

*) Ex. in L. 34. D. de testamento milit. L. 6. C. eod. L. 42. D. de administr. et peric. tutor. L. 28. pr. D. sol. matr. L. un. C. de privil. dotis. L. fin. §. 1. C. qui potiores in pignore.

***) Ex. in L. 7. §. 1. D. de except.

D 4

***) Ex.

***) Ex. in L. 1. §. 43. D. de aqua quotidiana. L. 6.
D. de restit. in integr. L. 19. D. de minor.

§. 87.

Omne privilegium per pactum constitu-
tum dici potest, quod quidem est vel unilate-
rale vel bilaterale. Ex priore *privilegium gra-*
tuitum, ex posteriore *onerosum* nascitur.

Jo. Gottf. SCHAUMBURG de Natura privilegiorum tam
gratiosorum quam conventionalium ex genuinis
principiis exhibita. Jenae. 1736.

§. 88.

Privilegium gratuitum in *gratiosum* et *re-*
muneratorium, vero respectu in *revocabile* et *irre-*
vocabile dividitur.

§. 89.

VII. Valor et extensio privilegiorum.

Jus singulare s. *privilegium* nunquam prae-
sumitur; sed utendum semper est jure communi,
nisi de contraria imperantis voluntate clare con-
stet. Constitutiones igitur speciales 1) ad exem-
plum non sunt trahendae *) 2) omniaque privi-
legia stricte interpretanda **).

*) L. 1. §. 2. D. de constitut. principum. §. 6. I. de J.
N. G. et C. c. 9. X. de privil.

**) L. 14. D. de LL. arg. L. 43. pr. D. de vulgari et pu-
pillari substitut. arg. L. 2. §. 16. ne quid in loco
publi-

publico vel itinere fiat. Non obstant L. 3. D. de
const. princ, c. 8. X. de privil. L. 191. de R. J.

§. 90.

d) Amissio privilegiorum.

Amittuntur privilegia vel ex *natura eo-*
rundem, vel ex *voluntate dantis* vel ex *facto ac-*
ipientis.

§. 91.

Ex natura privilegiorum (§. 90.) amittun-
tur, 1) si ad tempus vel ad bene placitum vel
sub conditione concessa, lapsu temporis, vel
revocatione, vel defectu conditionis, 2) pro
speciebus privilegiorum vel morte privilegia-
torum vel rei interitu vel causa s. qualitate de-
ficiante (§. 86).

Praesumitur pro personalibus. arg. L. 196. D. de
R. J.

§. 92.

Voluntate dantis (§. 90.) simpliciter re-
vocari possunt (§. 91.) nec ab ipso, qui privi-
legium largitus sit, nec regulariter a successore
*), nisi propter salutem publicam **) et ita
ut damnum inde emergens privilegiato resar-
ciatus.

LIPEN. voc. Privilegiorum revocatio. (Ge. BEYER) obs.
Halens. III. 15. sqq. HOFACKER princ. I. §. 101.

D 5

*) Mo-

*) MOSER *Staatsrecht* Th. XXIII. p. 128. GEBAUER
diss. de privilegiis. §. 9. WERNHER obs. X. 377. V.
161. 242. ZIEGLER de jur. maj. L. 1. c. 12. §. 13.

**) cf. *meine Lehrsätze des Naturrechts* §. 434.

§. 93.

Factum privilegiati, ex quo finis privilegii pendet (§. 90.), vel est *renunciatio* voluntaria, eaque sive *expressa* sive *tacita*, vel *factum illicitum*.

§. 94.

Renunciatio privilegiorum semper est licita ^{a)}, nisi respublica inde detrimentum quoddam capiat ^{b)} vel jus tertii laedatur.

a) In beneficium ergo concessa non obtruduntur.

b) BERGER de privilegiis quibus renunciare non licet — Dissertatt. n. 38.

§. 95.

Renunciationi privilegiorum *expressae* interdum certioratio jurium praemittenda est *).

*) J. S. STRYK diss. de certioratione jur. renunciand. c. 1.

§. 96.

Ad *renunciationem* privilegiati tacitam in privilegio *negativo* (§. 85.) sufficit unicus *actus contrarius* ^{a)}, in privilegio *affirmativo* vero non
usus

usus, si praescriptio saltem decem vel viginti annorum accedat ^{b)}, praesertim quando privilegio affirmativo jus alterius fuit limitatum.

a) Arg. L. ult. §. 2. D. de veteranis. Arg. L. 5. §. ult. de jure immunitatis. Arg. L. 2. C. de jure domini impetrandi. c. 6. X. de constitutionibus. MENOCH. L. 6. praesumptionum n. 41. ENENKEL cit. III. 15. n. 14. sqq. MEVIUS VIII. dec. 256. HOFACKER principia J. C. T. I. §. 100.

b) c. 6. X. de privilegiis. — arg. L. 1. D. de nundinis. STRYK de non usu juris quaesiti c. 3. Dissentiunt

1) NETTELBLADT systema element. jurisprud. positivae §. 472. CLAPROTH diss. de rebus merae facultatis §. 13. — 2) LAUTERBACH C. T. P. L. I. tit. 4. §. 51. QUISTORP jurist. Schr. 1 Samml. S. 99. — 3) ex L. 3. C. de praescr. 30 vel 40 annor. et c. 6. 15. X. de privil. STRUBE Th. V. Bed. 76. RAVE de praescriptione §. 156. REINHARTH ad Christie. P. III. obl. 28.

§. 97.

Factum illicitum privilegiati, propter quod saepe privilegii privatione plectitur, est *abusus* *).

*) c. 4. 11. 24. X. de privilegiis.

§. 98.

Cum duo s. plures eodem jure singulari gaudent, quisque utitur privilegio suo ¹⁾, nisi unius exercitium alterius applicationem impedi-

diat.

diat. Hoc enim casu privilegiatus contra aequè privilegiatum jure suo non utitur¹⁾, nisi alterutri privilegio insit ratio praelationis vel ex principis concessione vel ex temporis prioritate²⁾, vel ex natura privilegii³⁾, vel ex eo quod alter de damno vitando, alter de lucro captando certetur⁴⁾ vel etiam aliunde descendens.

1) Arg. L. 5. C. ad SCt. Vellej. Arg. c. 6. 8. X. de praescript.

2) L. 11. §. 6. L. 34. pr. D. de minor.

3) Nov. 91. c. 1. — c. 19. X. de praescriptione. LEYSER sp. 11. cor. 1.

4) L. 11. §. 7. L. 12. D. de minor.

5) L. 11. §. 6. D. de minor. L. 46 D. ex quibus causis majores. arg. L. 23. et 125. D. de R. J. LEYSER sp. 61. m. 8.

LIPEN. VOC. *Privilegiorum Collisio et Privilegiatus.*

HOMMEL rhaps. obs. 624. HARTLEBEN sp. 13. m. 8.

§. 99.

Dividitur *jus singulare* in *jus singulare* stricte dictum, i. *beneficium legis*, quod est jus, certo personarum vel causarum generi e constitutionibus generalibus competens*), et *privilegium* stricte dictum, i. e. jus, uni vel pluribus individuis, praesertim ex constitutionibus specialibus, datum; quod si ad unum actum restrictum est, *dispensationem* vocant.

*) Ex. v. in L. 15. D. de reb. cred.

§. 100.

§. 100.

Omnis juris disciplina in *theoriam* s. disciplinam regularum juris et *praxin* s. disciplinam applicationis dividimus.

§. 101.

Praxis ratione objecti in *judicialem* et *extra-judicialem*, ratione temporis, quo applicatio facienda, in *jurisprudentiam practicam* stricte dictam et in *jurisprudentiam cautelarem* s. *heurematicam* distinguenda est.

1) Decisio casus juridici (§. 40.) vel est *decisio judicis* vel *decisio pro auctoritate* s. *ex plenitudine potestatis* (Machtspruch).

2) *Cautelae* sunt regulae prudentiae, quibus damnum averti et facilius exitus produci possit. Ex. v. in L. 24. D. de R. V.

VIII. De iis iurium fontibus, quibus juris communis applicatio impeditur.

§. 102.

A. In genere.

Juris communis applicatio vel legibus particularibus vel particularissimis restringitur. Ex his, quae non sunt voluntate imperantis, sed voluntate privatorum constitutae, praesertim consideranda sunt *statuta universitatum*.

De requisitis legum particularium §. 22. sqq. et de habitu juris communis ad easdem §. 2. necessaria monui.

§. 103.

§. 103.

B In specie. Statuta universitatum.

Statuta sunt leges scriptae (in sensu lato sumtae (§. 21.), quibus jura universitatis cujusdam personarum (§. 18.) determinantur. Haec vel consensu membrorum universitatis, vel voluntate superioris in civitate legislatoris constituta sunt. Inde in *statuta conventionalia* s. proprie sic dicta et in *statuta legalia* dividuntur.

§. 104.

Statuta conventionalia consensu constituuntur, sed in universitate pro consensu omnium habetur, cum, convocatis omnibus membris, duarum tertiarum praesentium¹⁾ suffragia majora consentiunt²⁾.

1) L. 3. D. de decretis ab ordin. faciendis L. 46. C. de decurion.

2) L. 19. D. ad municipalem. L. 5. C. de legationibus.

§. 105.

Statuta conventionalia non nisi vim pactorum habent; ergo non nisi de rebus, de quibus pacisci licet, iniri, nec alios quam universitatis membra obligare possunt, nisi sint ab imperante confirmatae *).

*) Arg. L. 4. D. de collegiis et corporibus. *Chr. Henr. BREUNING* diss. de jure statutorum non confirmatorum. Lips. 1766.

Fus Rom B589

